

I. N. 7.

SPECIMINIS ACADEMICI

De

# LITERARUM ORIGINE

PARS PRIOR,

Quam

*Affidente Summi Numinis gratia*

&

*Annuente Ampliss. Facult. Philos.*

Sub umbone

*VIRI Maxime Reverendi*

Dn. JOH. HAARTMAN,

Log. & Metaph. Prof. Reg. & Ordin.

Ad diem si DEO visum 9. Junii 1733

*horasque in Auditorio majori solitas*

Cynosuræ bonorum modeste submittit

*S:æ R:æ M:tis alumnus*

MICHAEL FORSELIUS

*Satagundensis.*

---

ABOÆ, Exc. Joh. Kiämpe R. Ac. Typ.

*E<sup>n</sup> Mag. Friberg*

VIRO Summe Reverendo & que Amolissimo

# Dn. DANIELI JUSLENIO

S. S. Thcologiæ Doctori & Professori Celeberrimo, Consistorii utriusque Assessori Gravissimo Ecclesiæ Aboënsis Fennicæ Antistiti longe adcuratissimo, ut Promotori & Mæcenati Magno, ita omni animi reverentia submisso colendo.

Omnigenam felicitatem

Cum Patrum favore impleri soleat quod deest perepti alphabeti, seu primum specimen, adeo affectum suum paternum erga eos declaranai. Hinc hocce Reverentia & honoris merito debetur > inocinii rudimentum, de primis literis, levi penitentia submississimi animi pignus & perpetuae devotionis animi reverentia contendens, ut primitias hæc se-  
tis vultu, meque aduersitatum undis expositum  
gium patrocinii & solatii plenissimum persentisce-  
te perenni, crebris votis calestem

MAGNORUM NO-

Cultor de-

Michaël

VIRO Maxime Reverendo atque Preclarissimo  
**M. GEORG. HELSINGIO**  
Diœcœsos Borgoensis Archipræposito Am-  
plissimo, Consistorii ibid. V. Præsidi gravis-  
simo, Patrono & Prototori humili mente  
jugiter colendo.

& Nestoreos annos

filiis, daturis industrie sua, sui sc. aliquo modo  
ut vel ex tantilla opportunitate occasionem captent,  
Ego favoris vestri Viri Summi ( quibus nomen  
digens, licet filii nomine indignus, primum hoc ri-  
cillo adumbratum, Vobis Parroni Propensissimi in  
monumentum, humillime offerre sustineo. Summa  
reno, E magnis vestris Nominibus digno excipi-  
cientem, apud vos portum tuiissimum, E refur-  
re benigne finatis. Ego v. pro vestra incolumita-  
Patrem defatigabo permanfurus

MINUM VESTRORUM

votissimus.

Forselius.

*Consultissimo atque Gravissimo VIRO*

**Dno. CLAUDIO DETLOFFSON,**  
Judicij per territoria superioris Satacungiae  
Legum peritia & æquitatis fama maxime ce-  
lebri; Patrono ut propensissimo, ita hu-  
mili venerationis cultu æternum pro-  
sequendo

*Justitiae & Æquitatis laude insigni.*

*VIRO*

*Amplissimo atque consultissimo Domino*

**Dn. HENRICO FEIFF,**

Senatori urbis Metropolitanæ Svecorum  
gravissimo, Patrono qvovis observantia ge-  
nere ætatem suspiciendo.

*VIRO*

*Nobilissimo atque strenuissimo Domino*

**OTTONI TANDFELT,**

Patrono & Evergetæ propensissimo, ideo  
que omni venerationis cultu jugiter  
colendo.

*Admodum Reverendis atque P̄eclarissimis,  
Plurimum Reverendis Clarissimis, per quam  
Reverendis atque Eruditissimis VIRIS,  
Domino*

**Mag. BENEDICTO KROOK,**  
Pastori Hollolenium longe meritissimo, Vi-  
cini Contractus Præposito Adcuratissimo.

**Mag. JOHANNI WANÆO,**  
Pastori in Oriv̄ si meritissimo Adcura-  
tissimoque.

**Dn. ANDREÆ PACCHALENIO,**  
Pastori in Ruovesi dignissimo,  
vigilantissimo.

**Mag. HENRICO LILIO,**  
Pastori in Messuby emerito atque  
pervigi i.

**Dn. JOHANNI COLLINO,**  
Sacellano in Ruovesi vigilantissimo.

**Dn. GUSTAVO PACCHALENIO**  
Sacellano in Virmå solertissimo.

Mæcenatibus, Patronis, avunculis ac  
factoribus, Maximis benignissimis  
honorandis.

Cumulos favoris vestri Patroni Evergetæ &  
avunculi propensissimi, in me sepius collati, ex-  
qua pensans gratitudinis lance, deprehendo e-  
quidem eos longe Majores esse, quam ut par sim-  
iis non dicam rependendis, sed ne laudibus qui-  
dem evchendis; Nihilominus tamen pietas suaderet  
ut gratissimum meum animum hac qua possum ra-  
tione & occasione testatum faciam, eo nempe, ut  
renuem hanc opellam in perpetuæ observantia mo-  
numentum, cum votis salidissimis pro perenni ve-  
stra insolumitate, submisse vobis offeram & con-  
secrem. Humillime itaque rogo, ut facili hac mea  
conamina recipiatis vultu, atque etiam in poste-  
rum radiis favoris vestri illustretis

Colendissimorum Nominum Vestrorum

Cultorem humillimum

Mich. Forselium.

§. I.

**I**teræ nomen quidam derivari volunt à *lēgo* & *iter*, vel *itero*, quod præbeat legenti iter, & legendō iteretur; alii a *li-*  
*teris*, eo quod antiquis moris erat li-  
teras tabulis, ex ligno asciato & li-  
mato confectis, ceraque obductis,  
scriptas, atque impressas, aliquan-  
do *adere*, & alias dum visum fuit re-  
scribere; aut quod cera *tegerent* lite-  
ras tabulis insculptas, donec abrafa  
cera eadem *conspicuæ* redderentur,  
& aperirent legentibus interiora ani-  
mi eorum, qui miserant tabulas ejus-  
modi. Ita Herod: L. 7. p. m. 4<sup>6</sup> 3.

A

re-

retent *Demaratum*, qui indicare voluit Græcis expeditionem Xerxis per duos literarum pugillares, in eorum ligno consilium Regis exarasse, & id literis exaratum rursus cera induisse. Alii ab antiquo vocabulo *Leō*, idem ac imprimo, vel formo significanti, quia litera imprimendo vel formando efficitur. Cum enim *deleo* significet lineam vel literam formatam destruo, ad morem Geometris usitatum, qui lineas in tabulis ductas dant, ut aliæ substituantur, utique primitivum ejus scilicet *Leō* positionem eius, cuius privationem *deleo* innuit arguere videtur; Quia vero *Lino* descendit a *Leō*, proinde iis qui à *Leō* literam derivant, non sunt contrarii, qui vocem illam à *lino* deducunt, propterea quod literæ fiant linendo, hoc est ungendo chartam vel membranam distinctis & diverse coloratis signis. *Scaliger* in *Martinii Lexico Philol:* in hac solvitur verba: *Quemadmodum*

admodum à fœnns fœneror, à pignus pi-  
gneror, à tempus temporo: sic a lineando,  
linere, unde lineaturæ & literæ & lituræ  
ex eodem fonte æque omnia. Cumque  
nulla ex allatis vocibus adeo incon-  
veniens esse videatur, ut literæ non  
potuerit dare natales, idcirco libero  
cujusque arbitrio eam relinquimus  
eligidam, quæ cuique maxime ar-  
ridet. In objectum vero opellæ in-  
quisituro, facile cuique innotescet,  
nostrum propositum non esse tracta-  
tioni subjicere aliqua *scripta* è literis  
contexa, ut sunt epistole, edicta & alia  
monumenta, qvæ per metonymiam  
materiæ literarum nomine venire  
solent. Nec ipsam doctrinam, ceu ef-  
fectum literarum, qvam ex monu-  
mentis iisdem consignatis haurimus.  
**N**eqve studia, linguas & disciplinas liber-  
rales, qvæ etiam literarum nomine  
veniunt, ut aliis, ita & Cornelio Ne-  
poti L. 23:e. 13. v. 2. 3. Quid ergo?  
**C**erte scribendi notas l. signa; qvæ

4  
Græcis dicuntur γραμματα s. γραμμæ-  
ges; Hebræis γν id est: signum, vocis  
sc. scriptæ aut prolatæ. Hinc à Mar-  
tinio describitur qvod sit *indivisi-  
bilis dictio*nis sc. scriptæ pars, à Prisci-  
ano Lib. 1. qvod sit vox que scribi  
potest *individua*; Notatu v. est dignum,  
qvod juxta hic obseruat *Martinus*,  
vocem hanc latinam: *litera*, pleras-  
que gentes alias retinuisse, sed com-  
mutatam, ut amat fieri: Ital. *lettera*;  
Hispan. *letra*. Gall. *lettre*. Belg. *Angl.*  
*letter*; Boh. *litera* *integre*. German.  
aliqvando in litter; alioquin habent  
bischæfabe; qvod sonat, tanquam li-  
bri baculus f. scipio, quo itat vel ni-  
titur, vel incedit liber.

## §. II.

**T**AM inquisituri in ipsas harum li-  
terarum origines, deprehendi-  
mus tot hic esse obvia sententiarum  
divortia, ut difficilimum sit certi  
quid, hac de re determinare. Quæ  
causa

causa etiam movit, ut viri undiquaque doctissimi, hoc in puncto, suum etiam suspenderent judicium. D. nus: Pet. Dan. *Huetius* vir præclaro ingenio, & lectione atque eruditione multifaria instructissimus, in Dem. Ev. prop. IV, §. IX. p. m. 292. in hæc solvitur verba: *Ante diluvium, vel confusionem Babelicam, scripture & literarum usus repertus sit, nec ne, incertum relinquo; Adeo obscura res est, & argumenta levia, quibus probatur vel refellitur.* Postquam turbata est hominum loquela ac divisa; tum v. ad notandos animi sensus, & exprimendas voces, adhibitos characteres diversis temporibus, prout singularium gentium necessitas, & ingenii largitor usus postulabat; sive jam ante usurpari soliti essent, sive jam tum primum reperti. Nihil tamen obstat, quin innocio conamine liceat examinare sententiæ potissimum cujusque partis robora, nostranque iuris quamcunque adjicere. Qui

à tem-

à temporibus antediluvianis arcessenda initia literarum existimant, vel *immedate ad ipsum Deum*, vel ad *Adamum* plerumque referunt earum origines. Qui à temporibus postdiluvianis deducere demum volunt literarum primordia vel *Abrahamum* vel Mosen primum literarum constituant statorem. Verum ante Mosen literas existisse, invictis argumentis ex Divina gratia probabimus §. IV. Ante v. diluvium jam etiam literas in usu fuisse non obscuris argumentis indigitabimus. § III. Quibus vero argumentis induci, vel immediate ad Deum, vel mediate ad *Adamum* referre queamus initia usumque literarum. Hac § examinemus. Nempe existimamus & linguarum & literarum notitiam primitis hominibus singulari Dei beneficio, sive per inspirationem, sive per institutionem fuisse concessam, vel quemadmodum sanctis Dei viris, Prophetis & Apostolis sub-

subinde concessa est, conf. Huetii  
Dem. Ev. p. 297. vel alio quocunq;  
modo; quæ utraque alias notitia  
jam arte comparatur & studio. Quod  
aliqua lingva vel scriptura homini  
sit naturalis, frustra est, qui conten-  
det, cum inde sequeretur, ex se una  
omnes loqui lingva; unius lingvæ  
charæcteres eosdem omnes ex le pi-  
gere posse. Prærogativam esse na-  
turæ agnoscimus, quod homo sit di-  
sciplinæ capax, & quamque rem que-  
at apte, vel sermone vel scripto, ceu  
dicerat depingere; Artis v. atque  
doctrinæ esse juxta contendimus,  
quod jam illud fiat sive Ebraice, sive  
Græce, sive Latine, sive Gallice, Ger-  
manice, Svetice, Fennice. Ut ut  
prima exprimendorum concepsum nostro-  
rum maxime naturalis sit via quæ sit per  
lingvam. Neque tamen minime illus-  
tris, ineptiorque modus est commu-  
nicandi aliis sua cogitata per lcriptu-  
ram; quam sermonis esse imaginem sym-  
bolum.

bolusque res ipsa clamat. Sane si presen-  
tes sermonem humano maxime affici & edo-  
ceri quam aplissime solent; est tamen ubi  
scriptura vim loquela exsuperat, atque  
vix sermoni, sermo pictus prefertur.  
Scriptura semper ad absentes loquitur, &  
remotis longa temporum temporumque inter-  
cadeline, eaque ac si nobis viverent,  
comitiamur; hac historias temporum con-  
signamus; que si per orationem solum tradic-  
tionem propagantur, incredibile dictu,  
quantum fabularium pro veris breve tem-  
pus attrahit, & renitentibus frustra ob-  
trudat posteris; imo evanescit probris re-  
rum l. et egregie gestarum memoria, ni  
litera & Scriptura in subsidium advoce-  
tur, ut recte observavit Vir *πλάνη-*  
*Σέθας* Dn. Dan. Georg. Morhofius  
iu polyh. liter. L. IV. c. i. §. 8. p.  
m. 720. Quibus positis etiamsi non  
queamus jam modum determinare  
quomodo ab ipso Deo didicerit Adam,  
vel sermonem vel scriptura suam ex-  
primere mentem, concludi autem  
pol.

posse arbitramur, quod utroque f-  
 etum sit modo. verba ingeniosissim i  
 Dni. Jac Frid. Reim: valde nobis  
 placent. Ich glaube daß die Schrif-  
 t- und Kede-kunst bey denen menschen  
 fast zu einer zeit entstanden / und also  
 gar wenig fehle / daß sie nicht beider-  
 seits von einem alter seyn. Denn sie sind  
 alle beide solche mischenhaftten / die zur  
 Erhaltung der weltlichen und geistlichen  
 g-sellschaften von nothen sind / indem  
 sie den menschen dahin anweisen / wie er  
 seinen Neben Menschen seine Gemüths  
 Mernungen so an- als abwesend offen-  
 bahren solle. Und gleichwie die tägliche  
 Erfahrung bezeuget / daß wir zu der letz-  
 teru sowel als zu der ersten eine unterwei-  
 sung vonnothen haben / und daß wir von  
 uns selber / als von uns selber / so wenig  
 zum reden als zum schreiben geschickt sind /  
 we wir nicht durch eine ordentliche oder  
 außer ordentliche d. i. durch eine göttliche  
 oder menschliche handleitung da zu ange-  
 wiesen werden: So sehe ich in der w lt  
 nicht ab / warum wir dem ADAM nicht  
 mit

mit eben solcher facilite die Kunst zu schreiben beylegen wollen, als wir ihm die Kunst zu reden beyzulegen pflegen.

p. m. 35. Et imprimis quod ad literas attinet, quomodo vel Adam vel patres alii antediluviani potuissent verum Dei cultum & quæ ad religionem pertinent, ignari literarum, sine periculo erroris propagare ad posteros? quomodo socialem potuissent inter se agere vitam, & negotia habere cum absentibus communia. Huc pertinent hæc ejusdem Reimanni: ex. pag. 27. Ich kan nicht abschren, wie die doctrina orthodoxa vor der syndflut ohne Schrifftliche verfaßung in ihrer Lauterkeit habe können behybehalten, und auf die Nachkommen fortgepflanzt werden, zumahl zu denen zeiten, da sich mit der vermehrung derer menschen die bosheit und heterodoxia auch dergestalt vermehret, das der Geist des Herrn selbst bezeuget, alles Fleisch habe schien weg ver-

derbet gehabt auf der erden.  
Hernach so ist es auch gar nicht wahr-  
scheinlich / daß die Schreibkunst welche  
dnen menschen zu der erhaltenung der So-  
cialität fast ja so nöthig und nützlich als  
daß reden selbst ist / so lange sollte  
in Duncelen und werborgen gelegen  
haben. Evidem illud concedendum  
censemus quod Adam ob perfectio-  
nem congenitam, eamq; suam non-  
adeo indiguerit notitia literarum in  
statu naturæ institutæ, atque jam in-  
digentia nostra post lapsum multis  
modis sublevatur; Nihilominus tamen  
notitia literarum ipsi in statu integri-  
tatis constituto, qua cum absentibus  
colloqui potuisset etiam atq; eriam ad-  
scribenda esse videtur, ni conditionem  
ejas nostra inferiorem reddere ve-  
mus. Quib⁹ accedit, quod cum ea pol-  
leret perspicacia, ut nosset Evam tote  
Matrem omnium viventium, antequā  
liberos ex ea procreasset & re ipsa hoc  
comperiretur, utique existimaverim  
eum

eum etiam literarum theoreticam  
habuisse notitiam, ante quam in pra-  
xim eam deducere necessum haberet.  
Si igitur Adamus in statu naturæ in-  
tegræ habuit notitiam literarum, ne-  
que eandem eidem post lapsum dene-  
gare possumus, præsertim eum et-  
iam lingua ipsi eadem fuerit post ac  
ante lapsum. Nam licet Adam cum  
imagine Dei amissa, sapientiæ quo-  
que humanæ magnam partem ami-  
serit, hujus tamen rudera quædam atq;  
reliquias quin retinuerit; forte et-  
iam facultatem quandam ex rerum  
omnium characteribus atque signis,  
de illarum natura proprietatibus viri-  
busque judicandi; quin & sollicitus  
fuerit de inveniendis, quæ ad hujus  
vitæ usum necessaria erant, neminem  
temere dubitare posse afferit Buddæ-  
us in Hist: phil. c. 2: §. 2 p. m. 10.  
Ita Adamus in memoriam revocare  
potuit literas, si aliquas ex iis ami-  
ssisset, vel etiam denuo invenire, re-  
qui-

quirente eas eeu tales, conditione humana. His aliisque argumentis forte inductus etiam Celeber: Dn. Dan: Georg. Morhofius in polyh. T. I. L. 4. c. I. § 9. p. m. 720 explicans effatum Plinii Hist. Nat. L. 6. c. 56. p. m. 742. in quo literarum usus *eternus* pronūciatur: afferit sine dubio ita accipiendū esse, ut una cum hominibus, quorum ortum nescit Plinius, ortas arbitretur: simulque dicit, in eo quod Plinius credet ex Assyria literas in orbem manasse latere veritatis vestigium, cum Assyriam primo statim tempore ab hominibus cultam, si non omnino Paradisus ibi fuit, dubium nullum esse pronunciet. Ex quibus aliisq; hujuscemodi Clariß: Reimmanno in hist: liter: antedil p. 26 hæc oritur ratio conclusionis: Wer den Adam pro primo Auctore sermonis hält und dennoch / nach den primo inventore literarum fraget/ der thut eben so einfältig/ als derjenige/ der auf

auf dem Pferde sitzt und dasselbe sucht. und daher halte ich gänzlich da vor / daß die Grammatistice eine erstaunung des ersten menschen sei; ut de testimonio *Freulphi*, qui sec. 9 *Epi-*  
*scopus in Normandia chronica scri-*  
*psit ab O. C. ad An. C. 600. nil jam di-*  
*ciam, cuius in ipsius etiam nostri Rei-*  
*man. Hist. lit. anted. p. 29. hæc sunt*  
*verba: Liquido elaret ab ipso exor-*  
*dium literarum primo homine cœ-*  
*pisse, qui adhuc supererat, quando*  
*liberi ac nepotes sui in studio sapi-*  
*entiæ fermebant; Vel de Sveda s. potius*  
*Sveda, qui seculo vixit XI. & in suo*  
*Lexico haud obscure dicit: ejus, sc.*  
*Adami inventa esse artes & literas*  
*Tom. I. p. 67. ad voc. Adam.*

### §. III.

**Q**uibus omnibus observatis, cum  
 haud obscure patescat, Ad-  
 amo, cui originem nostram debemus,  
 non esse denegandam notitiam lite-  
 ras,

tarum, ordinis ratio nobis proposita  
exigere videtur, ut argumentis pluri-  
bus jam ostendemus ante diluvium  
fuisse minimum literas in usu. Ori-  
ente sole non æque clara fruimur lu-  
ce, ac postea. Primum itaque argu-  
mentum jam petimus ab ipsius Mosis  
historiæ antediluvianæ cap. 5. ubi v.  
1. injicit Moles mentionem *libri gene-*  
*rationum Adami* אָדָם תּוֹלְרוֹת  
quem sine omni dubio tum invenit  
scriptum, non secus atque Nehemi-  
as reperit *libellum recensionis* eorum  
qui in Judæam Duce Zerubabele per-  
venerant, Neh. c. 7. v. 2. Aliud ar-  
gumentum, nobis suppeditat *Flavius*  
*Josephus*, historiæ Judaicæ scriptor di-  
ligentissimus qui L. i. antiq. c. 3 clari-  
s atque perspicuis verbis fatetur,  
suo adhuc tempore stetisse alteram  
columnarum, quas *Sethus* erigi cura-  
vit & quibus sua inscripsit inventa p.  
m. 6. sec: ult. Profanorum Auditorum,  
imprimis Græcorum atq; Romæorum  
testi-

testimonia plura sunt, quam ut iis recentendis vel explicandis simus parres, qui uno quasi ore conqueruntur, literas in diluvio esse deperditas. Ex pluribus hac vice unum tantum adducemus Diodorum Siculum. Ejus haec sunt ad interpretationem Rhodomanni Verba L. V. c. 57. *Cum in Graecia Diluvio oppessa maxima pars hominum periisset, literarum monumentis simul delatis: bunc Aegyptii occasionem adepti studium astrologie sibi manciparunt.* Cumque Graeci per ignorantiam literarum culturam non amplius sibi vendicarent: ipsos omnium primos astrorum notitiam reperisse rumor invaluit. Sic etiam Athenienses, licet sain in Aegypto urbem condidissent, tamen eidem oblivionis errori diluvium obnoxios fecerunt. Quam ob causam, post multa inde secula, Cadmus Agenoris ex Phoenicia in Graeciam literas attulisse creditur: & post hunc Graeci doctrinarum inventioni subiecti adjecisse aliquid putantur; p. m. 312.

Ea

Ea vero quæ vel Græci vel Latini de suis prædicant illuvionibus, Noachico tribuenda esse diluvio, quod antonomastice, *inundatio terrarum* dicitur *fo: Anno Viterbiensi* in Procœmio sui Comm. ad Berossi libros antiqu. p. m. 2. pluribus probarunt argumentis: *Huetius in Dem.*, *Ev.*, *Rudb.*, in *Adl.* aliiq. Sufficit nobis jam observasse quod non solum literæ sacræ Gen. 9. v. 11. Esa. 54. v. 9. contrarie sint pluralitati diluviorum: sed & ipsæ circumstantiæ diluvii Noachi ci collatæ cum profanorum aucto rum diluviis, universaliter positis, unum illud idemque fuisse arguere videantur. Advertamus 1. ad *causas*, quas habet Plato p. m. 735 intemperantiam sc. superbiam, Gigan tum feritatem, raptus & cædes &c. 2. Ad paucitatem hominum qui ser vati, vel pluralitatem qui submersi dicuntur, sc. uno tantum homine cum paucissimis suorum servato, quem li

teræ sacræ Noachū, Chaldæi Xisuthrum,  
 Græci Deucalionem, Lucianus Deuca-  
 lionem Scyram, Latini Janum, alii Ogy-  
 gem, Majores nostri Bergielmerum  
 appellant. 3. ad navigii genus, quo  
 conservati, & a græcis nuncupatur  
 nunc λάρναξ (arca) nunc κιβωτός (ca-  
 psula) vel 4. ad aves exploratrices e-  
 navi emissas, de quibus Syncellus, de-  
 niique 5. ad diluvii universalitatem,  
 quemadmodum Ovidius dicit, etiam  
 turres fuisse sub gurgite vasto, atque  
 mare & tellus nullum discrimen ha-  
 buisse, adeo ut

*Omnia pontus erant, deerant quoq; littora  
 pontio*

ut cetera taceam, nec erimus dis-  
 sentientes: Novimus enim diluvia  
 illa facta tam Græcorum quam Ro-  
 manorum eo apertius a Noachico  
 orta esse, adeoque & fata literarum,  
 iis passim ab auctoribus quasi alliga-  
 ta, huic adsignanda esse, quo testa-  
 tius constat ex Rudb. T. i p. 2, i-  
 plios Græcos & Romanos, aliosque in  
 monu-

monumentis majorum suorum pāndēs, ab aliorū narrationib⁹ pēpendisse; ut & ex D. Reim. p. 202. seq. Græcorum ambitionem nationē, ad conciliandum sibi insignem eminēti⁹ gradum in historia literaria, exornasse se plumis Hebræorum. Ægyptiorum & Phœnicum, archajologiamque eorum partim transferendo in suam linguam, partim pro suo e-mentiendo, arripiisse, & ita corru-pisse, ut historiam a fabulis distin-guere operosissimum sit; Multa enim, dicit ex Tatiano Rudb. T. I. c. XL. p. 871. Græcorum sophist⁹ curiositate quadam inducti, quaecunque a Mōse & similibus ei sapientibus viris didicerunt, depravare & secus afferre conantur: par-tim ut ipsi proprium aliquid promere vi-deantur, partim ut ea que non intelligunt, ficta quadam sermonis compositione velan-tes, veritatem suis commentis vitent; Latinos itidem debere multa Græcis, suaque arva fontibus Græcorum

rigasse afferit rotunde, idem Reim.  
p. 205. propterea quod non solum  
tribus primis seculis, post earum ad-  
ventum in italiam, neglexerint studi-  
um historicum: sed & amiserint an-  
tiquissima sua monumenta per in-  
cendium, Romæ a Gallis Ao. 366. ac-  
celeratum; quocirca apud utrosque  
etiam Græcos sc. & Latinos, serius  
deinde rursus est exulta ars scriben-  
di, Teste Flavio Jos. contra Appio-  
nem L. I. p. 656.

#### § IV.

**I**Ta speramus ex Divina gratia ar-  
gumentis haud obscuris indigita-  
tum literarum monumenta in dilu-  
vio esse deperdita. Restat ut pro ra-  
tione instituti probemus prolixiori-  
bus, *Mosén* itaque non reperiisse lite-  
ras, ut communis fert opinio: sed  
ipsum ab aliis, suis nempe præde-  
cessoribus illas accepisse: nam pri-  
mum qvod ad legem latam: Ex XXIV.  
& binis tabulis ab ipso Deo incris-  
ptam

ptam attinet, nec lex fidem in dubiam parere potuisse, nec ad obsequium perducere populum legi præstandum, nisi populus Israëliticus literas habuisset ante notas. Deinde cum Jobus cap. 19. v. 23. 24 in hæc erumpit verba: *Jam quis dabit ut scribantur verba mea? quis dabit illam libū ut scribantur?* Stylo ferreo & plumbo, in sempiternum in saxo incidentur: annon vult hac scriptura atque sculptura literarum, tradere æternitati fidem verborum suorum, ex sua mente dignorum, quæ memoriæ mandarentur, non vulgari & tunc jam recepto modo, sed stilo plane ferreo, per plumbum in cifuras fusa, ad æterna tempora duratura? Jobus v. habetur a Ruperto Jacobi σύγχρονῳ; ab aliis pronepos Eſavi; v. M. Wilh. Stratemanni Theatr. histor. p. 34. *Tum annulus etiam Iudæ pignori datus Thamari (eundem ideo postulanti ut socerum suum de concubitu certis signis aliquando con-*

VIII.

vincere posset v. Bibl. Sacr. Andr. Osiandr. ad Gen. 38 18. quem ex communi (ut ait) opinione signatorum fuisse observavit G. J. Wossius de O. & Pr. Id. L. 4 p. 1614. Ut & annulus Pharaonis, Gen. 41. v. 42. quo auctoritatem tributam esse Josepho tanquam Regni Cancellario, regias obsignandi literas, ibidem auctor est idem Wossius, presupponunt literas, quandoquidem nec Judas convinci potuisse, nisi ejus annulus ab aliorum distinctus fuisset signo aliquo; nec usui signatorio aptus fuisset annulus Pharaonis, nisi literæ prius in usu fuissent. Ex quibus aliisque ejusmodi patere existimo quod sibi constare non videatur intentia, quæ statuit Mosen Scriptorem fuisse primum, nisi subaudias Diuinitus inspiratum, & eorum Scriptorum auctorem, quæ ad nostra tempora conservata sunt. Ipse namque scribendi actus presupponit id quod natu-

ra prius est, literas puta, syllabas, voces & rerum memorandarum notitiam, immo etiam scribendi habitum & legentium peritiam. Verum enimvero Spiritus Dei haud obfure inuit alibiq; in hist. S. scriptionem ante invaluisse, quam Moses consignasset ea, quæ habemus in scripturis, imprimis Num. 21. ubi conspiciuntur verba: *Ideo dicitur in libro bellorum Domini &c.* ubi necessario liber bellor. Dom: quem Moses allegat, utpote illum ex quo excerptis hunc verbum, accipiendus est pro scripto aliquo historico prius existente, & bella Domini à fidelibus olim gesta comprehendente; *Citatio enim solet fieri e libro jam existente ut observavit Celeb. Pfeifferus* in dubiis vexatis p. 295. Et quoniam hic liber bellorum Domini non unicus fuisse videtur, quandoquidem tum non magis necessarium fuisse, ut vocabula bellorum Domini, in titulo adponerentur,

tur, qvam ut lingua humana ante linguarum confusionem unica, aliquo charactere distinctivo notaretur; inde suspicari licet etiam alios libros olim consignatos fuisse; præsertim cum etiam Jos. 10, v. 12. mentio iniciatur libri cuiusdam historici apud Judæos existentis, qvi ibidem excitatur ad conciliandam fidem indubiam huic miraculo, de quo sermo est in loco citato.

Porro literarum usum ante Mosen sequens qualemque par argumentorum evineit. Quod scil. pagina sacra passim indigit Patriarchas imprimis Jacobum, vid. Gen. 28: 18. 19. 22. erexisse lapides, iisque, nomina rerum memoria dignarum, quæ ipsos per moverant ad erigendos eosdem adæquata imposuisse; hinc fluere videtur, quod etiam literis eosdem notaverint, quæ revocarent in memoriam posterorum, id quod iis palam facere intenderant, quod nudi lapi-

Japides vix efficere potuerant; Quare  
 & Cel. D; Prof. Doct. Celsius in orat:  
 de Runis Helsing: asserit eundem  
 Jacobum, lapidi, eodem in loco, ubi  
 Mesopotamiam tendens Deum in qui-  
 ete vidisset, erecto, addidisse hanc  
 inscriptionem אֵל בָּיִת domesticum  
 Dei. Et id quidem non sine causa  
 asserit quoniam titulum hunc le-  
 gentes pagari, superstitione contami-  
 narunt, lapidibus, quos ιβαιολας ap-  
 pellarunt, divinos honores tribuen-  
 do. Postremo patet hoc exinde, qvod  
 Deus ipse iussit Mosen scribere in li-  
 brum quendam ( quem convenientia  
 rei scribendæ cum titulo libri Num: 21:  
 15. memorati, arguere videtur fuisse  
 librum bellorum Domini) victoriam,  
 quam obtinuerunt Israëlitæ in pugna  
 cum Amaleko, mense secundo ab exi-  
 tu ex Ægypto v. Ex. 17: 14. & tertio  
 mense ante datam ipsis legem in  
 Monte Sinai v. Ex. 24: 12. quod man-  
 datum Moses effectui dedisse videtur

cum

cum jam ante erexisset monumētum,  
cui nomen dedit, Jehova Nissi i. e.  
Deus vexillum meum, ceu legitur  
Exod. 17. 15. 16. unde omnino colli-  
gimus literas ante in usu fuisse.

## §. V.

**S**ed cupiat quis scire? an ergo li-  
teras, quæ sub Adami circum fe-  
runtur nomine, pro genuinis acce-  
ptandas esse velimus, quarum tria  
alphabetæ (I. sc. ex *Jac. Bonav. He-  
phurno.* II. Ex. *Laur.* *S. bradero.* III ex  
*Angelo Rocheba*) pro numero exhiben-  
tium variata, conspiciuntur apud  
Reim: p. 238. & 239. Vel an quis  
possit patrociniū suscipere eorum  
Scriptorum, quæ partim ipsi Ada-  
mo concinnata, partim etiam aliun-  
de ipsi data esse configuntur, qua-  
lia sunt quæ apud Reim. p. 9. 10. 1.  
12. 13. ab auctoribus ibi citatis col-  
lecta recitantur: scil. Revelatio Adæ,  
liber de pœnitentia Adæ, liber de  
Creatione mundi &c. scripta item  
chy-

chymicæ, quæ Adamus de Lapiðe philosophorum putatur scripsisse &c. His respondemus; tantum abesse ut his & reliquis ejusmodi næniis pollicem premere queamus, ut potius rejiciamus literas illas ceu supposititias, quæ Adamo falso adscribantur, præsertim cum primus Theletus Ambroſius Anno 1539. (Reim v. p. 31, ubi hoc ex Henr. Uſino allegavit A. 1639.) Papiæ evulgatas literas Adamæas ex magicis libris Razielis, Picatricis & similibus ad regum damnatis, se collegisse fasiliſſus sit. Credimus autem cum Celeb; Thoma Bangio Exer- I. & II. dedit forſan originem literarum inventioni Adamum: sed ita ut magis cœperit formare a posteris suis expolitas, quam ut integer certorum clementorum ordo ab illo fluxisse crediqueat. Et licet quis in tanta rerum ultima antiquitatis caligine, certi quid absque hæſitatione in his talibus per omnia proferre non possit?

inten-

interim easmen non dubitandum videtur, quin haud procul ab origine generis humani scripturæ inventum arcessendum sit, ut habet Celeb. Morhofius; polyh. T I. L. 4. c. 1. §. 10.

### §. VI.

**Q**uale ergo fuerunt literæ antediluvianæ? Certe non est in proclivi dicere qualibus usi fuerint literis antediluviani, num solis hieroglyphicis, quas Reim. in hist. lit: antedil. nobis præiens, existimat fuisse convenientissimas illi ævo, propter simplicitatem, cum infantibus una voce sententiam suam declarantibus communem, ut & ob testimonia scriptorum, opinantium characteres hieroglyphicos apud Ægyptios olim usitatos & adhuc apud Chinenses vetustissimos esse, utpote qui ab Ægyptiis habentur reliquiae Grammaticales sive literaturæ & Igraphices antidiluvianæ, inter quæ nullam putat

putat intercessisse differentiam; Grammatisticen enim absque contradictione eruditorum, tunc temporis maximum partem constituisse in characteribus hieroglyphicis putat idem. Vel si elementis characterum usi sint homines ante diluvium, quibus non plane contrarius esse videtur Reimloco ultime citato; non tamen propterea quod ignoremus & figuram, ordinemq; ac numerum literarum ante diluvianarum, & tempus certum, quo præcise initium cœpit analysis earum v.p. 107. 109. 118. 119. &c. negādam esse existentiā literarū; præsertim cum nimis injurii essemus in antediluvianos, si omnem rationem conservādæ rerum memoriae ipsis denegaremus. Et cum natura semper ad sublimiora tendat, hinc cogitare subit, etiam eos studuisse rudius scribendi genus magis magisque expolire, & commodius reddere, adeo ut hieroglyphicas (si modo primæ fuerant) tractu temporis

ris mutarint in eommediores, quales scil. singulis rebus depingendis aptæ essent; quod ipsum figuræ literarum hebraicarum videntur indigetare, eo quod plurimæ earum figura sua quadam tenus referant eam rem, ex qua nomen iis hæsit; quod inde factum esse suspicamur, quod forte hieroglyphicarum instar, primum adhibitæ fuerint, ad significandam eam solam rem, quam repræsentarunt, donec observata incommoditate, quamcumque rem singulari charactere declarandi, notæ isti in paucitatem redigerentur, & communni usui aptæ redderentur, aut à Deo, qui Legem literarum naonumentis servari voluit; aut à populo Israelito, cui data est, ceu illi, qui literarum notitiam antea habuisse videtur, aut alio quodam quocunque deinde tempore ante Mosen. Si enim literis hebraicis figura & nomen manserit a rei, quam repræsentant, nomine

&amp;

& figura, utique cogitationi merito  
subit, eas primum signa fuisse hiero-  
glyphica, quæ demum in literas abi-  
erunt; verum autem posterius est,  
quoniam & prius verum esse collis-  
gi potest a Lexicographis, qui obser-  
varunt Literam נ esse ab Hebræo  
בָּן pro בָּן bos taurus, eo quod  
bovinum caput figura sua repræsen-  
ter. Lit. ב a כִּתְה vel בֵּית domus  
ita dictam; quod formam rudioris  
domus referat.

Lit. ג a מֵלֵך camelus sic dictam  
ob aliqualem cum eo, ratione figuræ  
convenientiam, vel (ut Mich. Havem:  
in Cynos. studiosorum sect. 2, c. 5.  
p. 310. vult:) ob gibbos in dorso ca-  
meli, quos litera hæc graphice, na-  
tiva sua figura adumbrat.

Lit. ד a figura דֶּלֶת seu januæ sic  
dictam.


L. ו a וַי uncus, cuius figuram &  
nomen haberet & sic in ceteris.

**A**nnon Theopneustiæ sit inconveniens dicere scripta nonnulla ante existitisse, quam Moses quædam adduxerit? Neg. Nam licet Moses singula quæ consignavit, ex-inspiratione Divina habuerit, non tamen Theopneustiæ detrahi putamus aliquid eo, quod scripta nonnulla ante conscribendæ scr. sacræ actum statuantur existitisse, unde per Sp. S. inspirationem aliquid scripturæ sacræ inseri potuit, haud aliter ac verba, ex communi loquendi usu assumta, quæ Sp. S. sibi appropriavit & rebus Divinis applicavit. Conf. Calovii Crit. Sacræ Diatr. II. & Hollat proleg: 3 de Scr. sacr. p. 97. adeoq[ue]c non incongruum videtur Mosen afflato divino aliquid in scr. sacram retulisse, à scriptis non divinitus inspiratis, hisque prius existantibus, quemadmodum & factum esse patet ex Num: 21. 15. ubi Moles ex libro bellorum

Do-

Domini ostendit: Wahebam in Supha  
Moabitarum fuisse peculium &  
propterea Itraëlitis vetitum. Nam  
etiam Paulus ~~Φανερώς~~ Arati, Poëtæ  
cujusdam ethnici allegavit, & suis in-  
seruit epistolis, ut ex Augustino Pfeif-  
ferus in dubiis vexatis etiam ostendit  
p. 295 quas tamen divinitus inspira-  
tas esse, nemo inficias ibit. Hisce hac  
vice B. L. DEO; nosque juxta illi-  
us favori committimus.

Cui soli summo DEO gloria nunc &  
in Seculum.



MICHAEL FORSELIUS.

*per anagr.*

Flue hic mel a rosis.

**S**iccine concendis viridantis culmina  
Pindi,

Aque rosis niveis dulcia mella petis?  
Hic flue mel, plenos Tu jam Tibi cons-  
ditio favos:

Ipsa Tuis cæptis candida Flora favet.

*ita gratulari voluit*

And. Salovius.